Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-465837-p0001-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-465837-p0002-7

AMICA

# Fluminum Albis & Moſcuæ Confabulatio,

*QVAM*

Sereniſſimo ac Celſiſſimo

PRINCIPI AC DOMINO,

DOMINO

# ALEXIO PETROVIZIO,

MAGNI RUSSORUM CZAARI PRINCIPI FILIO, DITIONUMQVE RUSSICARUM HÆREDI OPTATISSIMO, SPONSO JAM ILLUSTRISSIMO ETC. ETC. ETC.

*ATQVE*

Sereniſſimæ Celſiſſimæque

PRINCIPI AC DOMINÆ,

DOMINÆ

# CHARL. CHRISTINÆ SOPHIÆ,

NATÆ PRINCIPI BRUNSVICO-LUNEBURGENSI, JAM SPONSÆ ILLUSTRISSIMÆ,

Cum felicibus auſpiciis inter communes omnium bonorum plauſus in Aula Torgenſi

# Sacra Nuptialia

*Celebrarent D. 25 Oct. MDCCXI.*

Submiſſiſſimo animi cultu, veraque pietate obtulit

JOH. ISENHAGEN, Stud. Legum in Acad. Lipſ. Civis Curlandicus.

---

*LIPSIÆ,*
Typis BRANDENBURGERIANIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-465837-p0003-3

* * *
* *

## Albis , Moſcua.

ALbis *compellans Ruſſorum e limite* Moſcam
*Perceptus tali eſt edere verba ſono :*

### Albis.

*Dic age qui fiat , Dulciſsime* Moſcua *frater ,*
*Unum dum Hæredem* Rusſica Regna *colunt ,*
*Celſaque ſtirps ,* Moſchis *quæ ſola eſt digna propago*
*Imperio , extendi proſpero amore cupit.*
*Sola tamen Proles , quæ ſpes eſt unica regni ,*
*Effugit imperium , quod tenet almus amor.*
*Ipſe* Pater Moſci *moderator & arbiter* Orbis
*Ante leves ſenſit captus amore faces.*
*An* Celſam *ſolum , quo* Prolem *vincere poſsit*
*Hocce* Venus *nullum tempore robur habet,*

### Moſcua.

*Deſine mirari Germane, & quærere cauſam,*
*Cur nequeant* Veneris *tela ferire* MEUM ;
*Cumque poteſtati ſint omnia ſubdita amoris*
*Jucundas ſpernat cur tamen* ILLE *faces.*
*Is celebres merito dignatur honore Camœnas,*
*Quas nulla blandus fraude* Cupido *capit.*

Dumq;

*Dumque terunt alii ſub inerti tempora luxu,*
*Plenaque dum vanis otia rebus agunt:*
*Hic animum intendit ſtudiis ac rebus honeſtis,*
*Otia ſic vitæ deſidioſa fugit.*
*Otia cumque cadant, periere* Cupidinis *arcus,*
*Solertes curant nil in amore dolos.*
*En ut gaudet equis, ut ſaltus ille ferarum*
*Luſtrat, & immanes cuſpide figit apros.*
*En ut virtutes exercet Principe dignas,*
*Clarorumque legit priſtina facta Virûm.*
*Ut procul externas urbes & regna frequentat,*
*Nec fugit immenſæ tædia longa viæ.*
*Macte Tuis animi virtutibus,* INCLUTE PRINCEPS,
*Ingenii felix indole macte Tui.*
*Perpetuam Muſæ famam virtutibus addent,*
*Quam poterunt nulli diminuiſſe dies.*
*Tantus honor omni manſurus tempore vivet,*
*Semper & æterno nomine clarus eris.*

## Albis.

*Falleris, o Frater; Princeps Tuus ignibus ardet,*
*Non omni vacuum pectus amore gerit.*
*Dulcibus is flammis tandem ſe dedidit ultro,*
*Ipſe nec impoſitum ferre gravatur onus.*
*Captus* Guelphiacæ *dulcedine, dote* CAROLÆ,
*Mille voluptates, gaudia mille capit.*
*Summa viget* SPONSÆ *præſtanti in corpore virtus*
*Candidior roſeo pulcra colore nitet.*
*En* CHARLOTTÆ CHRISTINÆ *pariterque* SOPHIÆ
*Felix ac blandum nomen adepta gerit.*
*Neſcis quae celebrent* Torgæ CELSISSIMI AMANTES
*Hoc perquam fauſto gaudia feſta die.*
*Neſcis quam clangant lætantibus æra tubarum,*
*Quam lætum ſpargant tympana pulſa ſonum.*
*Lætitia celebrique fremat quam* Regia *plauſu,*
*Quam ſuavi reſonent carmine templa, domus.*

Mo-

## Moſcua.

*Mira refers; lætusque meos quis neſcio fluctus*
*Pertentet motus, lætificus furor?*
*Gratulor hoc noſtro de* PRINCIPE

## Albis.

*gratulor ipſi*
*Et* SPONSÆ; *Tali conjuge digna fuit.*

## Albis, Moſcua.

*Vivite felices, concordes vivite* AMANTES,
*Fortunent placidum Numina conjugium.*
*Sit ſoſpes* CZAARUS, SPONSUS *ſit*, *Soſpite* SPONSA,
*Soſpes, ſit* MOSCHI *tota beata* DOMUS!

19. Jan. 1996

78 M 395

ULB Halle 3
001 504 401

TA-OL

VD17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-465837-p0007-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-465837-p0008-1

168

AMICA

# Fluminum Albis & Moſcuæ Confabulatio,

QVAM

Sereniſſimo ac Celſiſſimo

PRINCIPI AC DOMINO,

DOMINO

## ALEXIO PETROVIZIO,

MAGNI RUSSORUM CZAARI PRINCIPI FILIO, DITIONUMQVE RUSSICARUM HÆREDI OPTATISSIMO, SPONSO JAM ILLUSTRISSIMO ETC. ETC. ETC.

ATQVE

Sereniſſimæ Celſiſſimæque

PRINCIPI AC DOMINÆ,

DOMINÆ

## CHARL. CHRISTINÆ SOPHIÆ,

NATÆ PRINCIPI BRUNSVICO-LUNEBURGENSI, JAM SPONSÆ ILLUSTRISSIMÆ,

Cum felicibus auſpiciis inter communes omnium bonorum plauſus in Aula Torgenſi

## Sacra Nuptialia

Celebrarent D. 25 Oct. MDCCXI.

Submiſſiſſimo animi cultu, veraque pietate obtulit

JOH. ISENHAGEN, Stud. Legum in Acad. Lipſ. Civis Curlandicus.

---

LIPSIÆ,
Typis BRANDENBURGERIANIS.

AK

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-465837-p0009-0